

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Pulvilos Et Pepla Prophetissarum**

**Schmidt, Johann Andreas  
Trumph, Heinrich Wilhelm**

**[S.I.], 1713**

**VD18 11649178**

Henrico gviliel trvmpgio ss. theol. cultori indefesso S. P. D. praeses

[urn:nbn:de:bsz:31-130600](#)

HENRICO GUILIEL. TRUMPHIO  
SS. Theol. Cultori indecesso  
S. P. D.  
PRAESES

**P**lacuit Tibi de pulvillis & peplis prophetis-  
farum, academicam conscribere dissertatio-  
nem, ut patriae patronisque monstrares,  
quam pretiosa semper aestinaveris tempora  
musis dicata. Sapientiam enim in molli non quaesi-  
visti lectulo, cum otium Tibi nunquam non Satanae  
pulvinar fuerit. Nec pepla atque velamina capiti  
Tuo voluisti imposita, qui propriis videre oculis ma-  
luisti, quam aliorum credere susurris. Felici idcirco  
& inoffenso progressus es pede, quo in sacrae scien-  
tiarum tramite hic usque perrexeras. Tumodo pro-  
phetiae, per Ezechiem relictae, memor vivas, quan-  
do divinum numen ad sacra pulpita Te vocaverit.  
Auditorum tuorum cubitis pulvillo noli supponere, ne  
incurras in mala, prophetisis istis a Deo constituta.  
Populo quidem duriora ferre nescio, gratus non eris,  
Deo tamen gravior. Huic vero placere, ea demum  
vera laus est. Hunc habere propitium, omnes supe-  
rat favores. Hujus etiam gratiae Te, studia Tua,  
minusque sacrum, cui destinaris, votis precibusque  
meis omni tempore commendabo. Vale! Da-  
bam e museo in academia IVLIA III. Iduum  
Februarii. A.O.R. MDCCII.